

V. *Observatio Eclipsis Solis die 15 Julij 1730. habita Pekini in publico ejus Regiæ Observatorio à P. P. Ignatio Kegler, & Andrea Pereyra Societatis JESU, communicata per Jacobum de Castro Sarmento, M. D. Coll. Med. Lond. Lic. & R. S. S.*

EO die cœlum a summo manè densè obnubilatum, ac postea in pluvias resolutum, copiosos imbres dejecit proxima ante Eclipsim hora; ita ut Eclipsim alij quidem observari posse pene jam desperarent, alij verò non apparituram sibi gratularentur: cum ex insperatò sub ipsum Eclipsis initium sistere pluviam, simulque nubes rarefcere cœperunt, ac post horæ quadrantem per rariora nubila nudis oculis spectabile apparere corpus *Solis*, supernè ex parte borea non nihil ad dextram seu occidentem versus Eclipsi infectum circiter sesquidigitum. Igitur purgata è vestigio areâ, & maiore utcunque absterfo exprompsimus, quod pro observatione coram spectatoribus multis commonstranda præparaveramus organon, ad speciem *Solis* scilicet per telescopium 6 pedum Sinicorum excipiendam in orthogonaliter subjecta mensula è cujus centro ad amplitudinem apparentis speciei accuratè descriptus erat circulus per 10 digitos more Sinico divisus. Parati quoque habebantur in charta munda plures circuli similiter divisi, & super illum successive applicandi, in quibus præsignatæ erant phases eclipticæ per singulos digitos apparituræ, secundum inclinationes *Lunæ* ad lineam verticalem *Solis*. Interim verò dum *Sol* tenues nubes penitus evinceret, clareque distinctam in disco speciem redderet, aliud ad *Solem* dirigebatur telescopium 2 len-

A a

tibus

bus objectivis instructum, in ea inter se distantia, ut tilare reticulum in foco telescopij dispositum, pariterque per 10 digitos divisum exacte quadraret apparenti magnitudini *Solis*, atque per istud primo observatus fuit appulsus *Lunæ*.

H. ' /

II 40 a. m. ad dig. III. id est Europ. dig. 3 36

II 51 ad dig. IV. 4 48

Postea clarissime allucente *Sole* per hujus speciem in disco notati fuerunt ut sequitur.

H. ' /

o 2 p. m. ad centrum seu d. V. Europ. d. 6 o

o 14 ad dig. VI. 7 12

o 26 $\frac{1}{2}$ ad dig. VII. 8 24

o 40 ad dig. VIII. 9 36

o 51 max. Eclips. dig. VIII. $\frac{1}{4}$ 9 54

I 2 regress. ad dig. VIII. 9 36

I 16 20' ad dig. VII. 8 24

I 27 50 ad dig. VI. 7 12

Dein rursus tenui nebula involutus *Sol* suam speciem infuscavit, telescopio tamen præfato clare visibilis ad cujus reticulum observatus est.

H. ' /

I 39 p. m. recess. ad dig. V. seu cent. 6 o

I 50 ad dig. IV. 4 48

2 o ad dig. III. 3 36

Iterum emergens è nebula *Sol* clarissimam exhibuit speciem ad quam porro notati sunt.

H. ' ' /

2 9 20 recess. ad dig. II. 2 24

2 18 20 ad dig. I. 1 12

2 27 10 Finis Eclipsis: qui itidem per aliud

telescopium excellens 14 pedum Sinicorum eodem momento est annotatus.

Horologium denique correxit, atque direxit *Sol* ipse tum in magno sciatherico, armillaque æquatoria Observatorij singula minuta horaria commonstrans, tum per captas aliquot altitudines eadem momenta temporis comprobans.

Præterea aliquot *Solis* macularum occultationes & refectiones observatæ sunt. Macula major, quæ erat in ipsa peripheria dig. II. ad *Nord-Ost*, immersa est h. 0 22' p. m. sequentes aliæ minores ibidem inter dig. II. & I. immersæ sunt 1^a h. 0 27' 50"; 2^a h. 0 31' 40"; 3^a h. 0 37' 10"; 4^a h. 0 38' 35". Maculæ 2 inter dig. III. & IV. versus *Sud-West* refectionæ sunt una h. 1 18' 45"; altera h. 1 23' 50" quarum immersiones non sunt annotatæ. Maculæ 4 ad *Nord-Ost* refectionæ fuerunt. 1^a h. 2 5' 20"; 2^a h. 2 7' 30"; 3^a h. 2 11' 25"; 4^a h. 2 12' 25".

Vide Typum Eclipsis Fig. V. Tab. Secundæ.

*Immerfiones, atque Emerfiones Satellitum Jovis Ob-
servata Pekini à P. P. Ignatio Kegler, & Andrea
Pereyra Soc. J. E. S. U. a mense Dec. 1729.*

SATELLES I.

		d.	h.	'	"				
1729	Immerfiones.	Dec.	01	04	56	00	a. m.		
			08	06	45	47	a. m.		
		10	01	14	30	a. m. dub.			
		17	03	04	05	a. m.			
		18	09	32	10	p. m.			
		25	11	22	15	p. m.			
		31	06	44	06	a. m.			
		1730	Emerfiones.	Jan.	02	01	12	26	a. m.
					09	03	03	45	a. m.
				10	09	31	00	p. m.	
17	11			22	30	p. m.			
25	03			33	30	a. m.			
Febr.	02			11	54	15	p. m.		
	10			01	48	00	a. m.		
	17			03	44	20	a. m.		
				Mart.	18	10	11	40	p. m.
					26	00	07	45	a. m.
		27	06	36	40	p. m.			
		Apr.	06	08	32	30	p. m.		
			13	10	29	00	p. m.		
			21	00	25	50	a. m.		
		Maij	29	08	53	26	p. m.		
			05	10	49	55	p. m.		
			14	09	28	45	p. m.		
		Jun.	22	07	55	30	p. m. dub.		
Nov.	04		06	00	00	a. m.			

SATELLES II.

		d.	h.	'	"		
1729	Im.	} Dec.	27	01	41	30	a. m.
1730			} Jan.	03	04	10	45
				12	07	57	15
	Emerfiones.	} Febr.	07	07	47	27	p. m.
				22	00	58	50
		} Mart.	01	03	36	20	a. m. dub.
				11	07	33	15
			18	10	13	36	p. m.
			26	00	51	45	a. m.
		} Apr.	12	07	30	48	p. m.
		} Maij.	21	10	06	50	p. m.

SATELLES III.

		d.	h.	'	"		
1729	Immerf.	} Dec.	06	01	14	00	a. m. dub.
				13	05	08	00
1730	} Jan.	10	08	46	30	p. m.	
			18	00	42	00	a. m.
	Emerf.	} Febr.	15	08	06	50	p. m.
				23	00	05	06
		} Mart.	30	08	14	46	p. m.
		} Apr.	06	08	41	00	p. m.
		} Maij	12	08	22	00	p. m.

SATELLES IV.

		d.	h.	'	"		
1729	Im. Dec.	01.	01	12	40	a. m.	
	Emerf.		05	48	00	a. m.	
1730	Em. Febr.	06.	05	38	00	a. m. dub.	
	Immerf.		22.	06	45	15	p. m.
	Emerf.		11	30	00	p. m.	

Fig. IV.




Fig. III.




Fig. V.

